



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De morte, ac mortis metu. cap. liiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A aut in aliis rebus eum imitari ac sequi, cui calamitas tenebras offudit. Hinc enim calamitatem potius auxeris, quam lenieris.

Qui iacentem erigere cupit, eo qui prostratus est, sublimior omnino esse debet. Nam qui <sup>ibid.</sup> item concidit, altero quoque ipse, à quo excitetur, opus habet. At verò rerum euentibus submorderi, ac tacite cum morientibus contristari æquum est.

Cur non opes nostras prudenti Domino ad ipsius voluntatem & arbitrium administrandas committimus, verum tanquam propriis rebus spoliati, excandescimus, atque eorum, qui ex hac vita decesserunt, tanquam iniuria affectorum, vicem dolemus?

Hoc nomine discruciemur, quod in his sepulcris, quæ circumferimus, diuturnior moram trahimus: & qui Dijs facti sumus, peccati mortem, vt homines, obimus.

B Quandiu adhuc mortuum lugebimus? An non ad idem domicilium contendimus? An Nat. in non quamprimum eundem lapidem subituri sumus? An non idem puluis cõfestim erimus? <sup>funer. Cæ.</sup> Huiusmodi vita nostra est fratres, huiusmodi terra ludicrum: vt cum non simus, nascamur, & nati rursus aliò migremus.

Ne filij tui quieti, ò homo, inuideas: verum illud noscas, eum, qui mortuus est, ad meliorem letitiam migrasse, atque ad præstantiorem regionem sese contulisse: teque non filium amisisse, verum in tuta iam sede collocasse. <sup>Chrysof.</sup> Caue igitur dicas, Non iam pater vocabor. Quid enim est, quæso, quamobrem manente filio pater iam appellari desinas? Num enim puerum perdidisti? Num filij iacturam fecisti? Imò verò potius adeptus es, ac certius habes. Ob idque non hic tantum, sed etiam in cælo pater vocaris.

C Propter mortuum noli lamentari. Commune enim hoc iter est: ac beatus qui anteuertit. <sup>Nili:</sup>

De morte, ac mortis metu.

CAP. LIIII.

**F**ACTA est fames in terra: descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi. Dixitque Sarai vxori suæ: Noui quod pulchra sis mulier, & quod cum viderint te Ægyptij, dicturi sunt, Vxor illius est, & interficient me, & te referuabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam, &c. <sup>Gen. 12.</sup> Abraham peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara vxore sua, Soror mea est. Timuit enim dicere, Vxor mea est, ne forte interficerent eum viri ciuitatis, &c. <sup>Cap. 20.</sup> Et dixit

D Abimelech ad Abraham, Quare hoc fecisti? Respondit Abraham, Cogitauim eum, dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam.

Eodem modo Isaac peregrinatus est in Geraris, & eodem modo Rebecca locutus est. <sup>Gen. 26.</sup>

Timuit Dauid à facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum, & collabatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, defluebantque saluæ in eius barbam. <sup>1. Reg. 21.</sup>

Misit Iezabel nuncium ad Eliam, dicens, Hæc mihi faciant Dijs, & hæc addât, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam vnus ex illis. Timuit ergo Elias, & furgens abiit, & perrexit in desertum viam vnus diei, &c. <sup>3. Reg. 19.</sup>

E Tunc Discipuli relicto Iesu fugerunt. <sup>Mat. 26.</sup>

Omnibus hominibus istud insitum est, vt mortem extimescant. <sup>Cyrril.</sup>

De mari.

CAP. LV.

**Q**ORTITVDINE sua sedauit mare: scientia autem strauit concauitatem eius. Quis conclusit ostia mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens: Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantia obuoluerem? Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia. Et dixi, Vsq̄uehuc venies, & non procedes am- <sup>Iob. 38.</sup>

Q. iij